

tulo, de quorum consilio, & assensu Episcopus vel eius Vicarius causam agat coram suo Notario in propria domo, vel confueto Tribunali. Secundo, unum sit utriusque votum, licet alter possit Episcopo accedere. Tercio, si ambo sint discors desub Episcopo, tunc intra sex dies simul cum Episcopo eligant tertium. Quarto, si discordent in hac electione, res devolvatur ad viciniorum Episcopum, & tunc Articulus terminetur secundum eam partem, cum qua tertius convenit, saltem omnia sint irrita. Quanto, in criminibus incontinentibus, & in actionibus, quae deponitionem, vel degradationem requirunt, si timetur fuga, ne Judicium eludatur, potest solus Episcopus in initio procedere ad summariam informationem, & necessariam detentionem, servato tamen in reliquis Ordine praemisso, sed semper habeatur ratio, si delinquentes in loco Decreti quodiantur, juxta qualitatem delicti, & persona, *sess. 25. cap. 6. de Reform.*

VISITATOR.

Visitatorum munus est sanam, & Orthodoxam Doctrinam expulsis haeresibus inducere, bonos mores recti, & pravorum corrigere, populum coheritationibus, & admonitionibus ad Religionem, pacem, ac innocentiam accendere, ea, quae sunt ad Fidei fructum constituere, *sess. 24. cap. 7. de Reform.* Equitatem, & famulatum modesto contenti, visitent diligenter, sed celeriter. Non sint sumptibus onerosi: non accipiant nec pecuniam, nec munera; quomodocumque offerantur exceptis victualibus frugaliter ministrandis, aut pecunia pro illis. *Ibid.* Ubi consuetudo est, ut in visitationibus a visitatis nec victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud accipiantur, ibi observetur, *sess. 26. cap. 3. de Reform.* Si quis ex Visitatoribus aliquid amplius, quam victualia sumperit, teneatur ad restitutionem dupli intra mensem, & subiaceat poenis statutis a Concilio Generali Lugdunensi (*Vide sexti Decret. lib. 4. de Cons. tit. 20. cap. 2.*)

Uxor.
Ide Matrimonium, Divortium, &c.



VOCATIO.
Utrumque, Sanctam voluntatem vel suscipiendi, aut professionem emittendi, Virginitatis, aut Mulieris cujuscumque quoquo modo sine justa causa impediendi, excommunicatur, *sess. 25. cap. 8. de Regul.*

ABBAS.
NON potest Abbas extra suam Ecclesiam uti Mitra, & Baculo, neque ea ante se deferre, *17. Julii 1604.*
Abbatibus celebranti unica tantum Mitra conceditur, *29. Januarii 1628.*
Missa solemnibus Abbatibus ter in annum ad summum est canenda, non tamen cum septem, sed cum sex Candelabris, & cum baculo parvo, *29. Januarii 1628.*
Baldachinum Abbatibus sine auro sit, & ter in anno ad summum adhiberi potest, *29. Januarii 1628.*
De licentia Ordinarii poterit Abbas uti Mitra, & Baculo extra proprias Ecclesias, *6. Decembris 1631.*
Neque Abbates, neque Regularium Superiores possunt benedicere paramenta Ecclesiarum non sibi subditarum, *24. Augusti 1609.*

VOTUM.
DE Votis vide Verbum Regularis, Monialis, &c.

VOX IN CAPITULO.
Ide Capitulum.

UXOR.
Ide Matrimonium, Divortium, &c.

ANNULUS.
Nubili usus in Missa prohibetur Protonotarius non participans, Doctoribus quibuscumque, & Canonicis Cathedralium, *20. Novembris 1628.*
Possunt Canonici Missam celebrare cum anulo auro, & de rigore uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie, *4. Augusti 1663.*

AQUA BENEDICTA.
Canonici in Dominicis singillatim aspergentur in Aqua Benedicta, non vero unico actu, *20. Decembris 1601.*
In asperersione Aquae Benedictae, quae diebus Dominicis fit a Sacerdote Alba, & Stola induto,

PARS QUINTA
EXAMEN RITUM.
CAPUT UNICUM.

Precipua Decreta Sacrae Congregationis Rituum Alphabetice digesta.
ABBAS.

ARCHIDIACONUS.
Rehidianus sustinens baculum Episcopi thurificandus est post Diaconos assistentes, ubi non addit contraria consuetudo, *28. Aprilis 1607.*
Archidiaconus non potest assistere Episcopo in habitu prelativo non choralis, licet sit Protonotarius, *6. Martii 1609.*
Archidiaconus si est prima Dignitas, debet facere officium presbyteri assistentis; si est Sacerdos, & recitans; cogendus est poenis, & censuris, *28. Maji 1616.*

BEATUS.
Imo potest excedere limites verbales Indultorum Sedis Apostolicae super Beatificationibus, praesertim in celebratione Missarum, & Officii cum Octavis sine expressa licentia praedictae Sedis Apostolicae, *5. Octobris 1652.*

ALTARE.
Altare portabile ligneum cum Area lapidea permitti debet non obstante constitutione synodali, dummodo habeat solum Reliquiarum depositum, *1. Novembris 1612.*

ANNULUS.
Nubili usus in Missa prohibetur Protonotarius non participans, Doctoribus quibuscumque, & Canonicis Cathedralium, *20. Novembris 1628.*
Possunt Canonici Missam celebrare cum anulo auro, & de rigore uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie, *4. Augusti 1663.*

AQUA BENEDICTA.
Canonici in Dominicis singillatim aspergentur in Aqua Benedicta, non vero unico actu, *20. Decembris 1601.*
In asperersione Aquae Benedictae, quae diebus Dominicis fit a Sacerdote Alba, & Stola induto,

vel etiam cum Pluviali, immediate celebratur Missam conventualem, Stola aptanda est ante pectus ad modum Crucis, non vero pendens a Collo ad utrumque latus, *30. Septembris 1679.*

BEATUS.
Imo potest excedere limites verbales Indultorum Sedis Apostolicae super Beatificationibus, praesertim in celebratione Missarum, & Officii cum Octavis sine expressa licentia praedictae Sedis Apostolicae, *5. Octobris 1652.*

ALTARE.
Altare portabile ligneum cum Area lapidea permitti debet non obstante constitutione synodali, dummodo habeat solum Reliquiarum depositum, *1. Novembris 1612.*

ANNULUS.
Nubili usus in Missa prohibetur Protonotarius non participans, Doctoribus quibuscumque, & Canonicis Cathedralium, *20. Novembris 1628.*
Possunt Canonici Missam celebrare cum anulo auro, & de rigore uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie, *4. Augusti 1663.*

AQUA BENEDICTA.
Canonici in Dominicis singillatim aspergentur in Aqua Benedicta, non vero unico actu, *20. Decembris 1601.*
In asperersione Aquae Benedictae, quae diebus Dominicis fit a Sacerdote Alba, & Stola induto,

vel etiam cum Pluviali, immediate celebratur Missam conventualem, Stola aptanda est ante pectus ad modum Crucis, non vero pendens a Collo ad utrumque latus, *30. Septembris 1679.*

BEATUS.
Imo potest excedere limites verbales Indultorum Sedis Apostolicae super Beatificationibus, praesertim in celebratione Missarum, & Officii cum Octavis sine expressa licentia praedictae Sedis Apostolicae, *5. Octobris 1652.*

ALTARE.
Altare portabile ligneum cum Area lapidea permitti debet non obstante constitutione synodali, dummodo habeat solum Reliquiarum depositum, *1. Novembris 1612.*

ANNULUS.
Nubili usus in Missa prohibetur Protonotarius non participans, Doctoribus quibuscumque, & Canonicis Cathedralium, *20. Novembris 1628.*
Possunt Canonici Missam celebrare cum anulo auro, & de rigore uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie, *4. Augusti 1663.*

7 Episcopi Regulares, qui ex indulto Sedis Apostolicæ gaudent privilegio sue Religionis de quibus sunt capaces pro eorum conditione, non possunt de Beatis sua Religionis recitare Officium, & in propriis Cathedralibus Missam celebrare, & Altare prædictis Beatis erigere, 17. Aprilis 1660.
8 In Missis de Beatis non est dicendum Symbolum, ubi scilicet est permessa hujusmodi celebratio, 22. Julii 1664. nisi adsit Reliquia.

BENEDICTIO.

1 Neque Abbates, neque Regularium Superiores possunt benedicere paramenta Ecclesiarum non sibi subditarum, 14. Augusti 1609.
2 Neque simplices Sacerdotes, neque Prototartarii possunt benedicere proprias vestes, 17. Julii 1627.

3 Absente Episcopo benedictiones Candelarum, Cinerum, Palmarum, & Fontis fiant ab eo, qui cantaturus est Missam, 12. Junii 1625.
4 Ille idem, qui benedicit Cineres prima die Quadragesimæ, vel Candelas in festo Purificationis, aut Ramos in Dominica Palmarum, debet etiam cantare Missam sequentem, 12. Aprilis 1740.

CANDELA.

1 Prima Dignitas det Candelam Episcopo in festo Purificationis Beate Virginis Mariæ, & Episcopus det statim primæ Dignitati ante Vicarium Generalem, 14. Junii 1608.

2 Ille idem, qui benedicit Cineres prima die Quadragesimæ, vel Candelas in festo Purificationis, aut Ramos in Dominica Palmarum, debet etiam cantare Missam sequentem, 12. Aprilis 1640.

3 Candelæ, Cineres, Palmæ distribuuntur stando cum Mitra in capite ab eo, qui privilegium habet eam gestandi, 18. Februarii 1650.

CANONICUS.

1 Non tenentur omnes Canonici associare Episcopum ab eo Altari, in quo Missam planam celebravit, usque ad sedem Episcopalem, si assilere voluerit Missæ conventuali, 15. Julii 1603.

2 Consuetudo ut Dignitates, & Canonici Mitram, Gremiale, Baculum, Thuribulum, & similia ministrant Episcopo, est servanda, 5. Julii 1603.

3 Episcopus non debet in Ecclesia salutare Canonicos aperiendo caput, sed benedicendo manu, 10. Julii 1604.

4 Dictionum Canonicoꝝ assilientia semper convenit Episcopo, sive celebret ipse, sive assilatur divinis, 10. Maji 1608.

5 Canonici parati assilentes Episcopo præcedunt Vicarium Generalem, & sunt ante ipsum thurificandi, 6. Martii 1610.

6 Canonicus paratus debet habere locum etiam à Decano, 26. Junii 1610.

7 Canonici Missam celebrantes coram Episcopo non debent sedere in sede postergali, sed in scamno oblongo, tapete vel panno cooperto in latere Epistolæ, 19. Maji 1614.

8 Soli Canonici debent facere confectos circulos ante Episcopum, non autem Vicarius Generalis, 28. Septembris 1630.

9 Canonicus hebdomadarius officium faciens debet habere locum super omnes Dignitates, & Canonicos, 17. Junii 1628.

10 Canonici Regulares possunt in publicis processionibus uti Rocheto, & superpellico, 28. Augusti 1628.

CANTUS.

1 Musica non decet in Officio Quadragesimali præsertim cum instrumentis, & si non est occasio alicujus scandalii, 27. Martii 1601.

2 Canonici tenentur in Choro psallere, aliis non satisfaciunt obligationi suæ, 20. Aprilis 1602.

3 Canonici debent cantare alta voce, sed non potest eos Episcopus cogere, 23. Novembris 1602.

CHORUS.

1 Ubi adest inveterata consuetudo recitandi in choro Psalmos Penitentiales in feriis quintis Quadragesimalibus post Completorium, & Psalmos Graduales in feriis tertiis ejusdem temporis, eodem loco retineri potest, 2. Augusti 1603.

2 Servanda est ea consuetudo, qua recitatur in Choro Officium parvum B. Virginis Mariæ, in semiduplicibus, & Dominicis, non obstante Bulla S. Pii V. nam ibi dicitur, sine præjudicio sanctæ consuetudinis, 7. Septembris 1607.

3 Prima Sedes in Choro conceditur Hebdomadario parato tantum, 22. Augusti 1626.

CLAVIS.

1 Clavis hostiæ repositæ in feria quinta Cœnæ Dominicæ non est danda laico quantumvis nobili, 30. Januarii 1616.

COADJUTOR.

1 Coadjutor Episcopi non sedet celebrans, nisi in falditorio, neque habet Diaconos assilentes, neque Canonici parantur, neque ponitur septimum Candelabrum, 1. Septembris 1607.

2 Prædictus Coadjutor non utitur Baculo nisi in ordinationibus, 1. Septembris 1607.

3 Coadjutor Episcopi celebrans præter Diaconum, & Subdiaconum debet habere assilentem Canonicum pro libro, 7. Augusti 1627.

COLLEGIATA.

1 Collegiata insignis ab ejus erectione præcedit alias Collegiatas antiquiores, 24. Martii 1612.

2 Collegiata simplex præcedit Parochiales, etiam si antequam erigeretur illis cederet, 23. Martii 1619.

3 Canonici Ecclesiæ Cathedralis præcedunt Canonicos Collegiata, 10. Augusti 1619.

4 Prior Collegiata si interfit in Cathedrali, thurificandus est duplici ductu sicut Dignitates, & Canonici, licet non habeat præcedentiam super illas, 19. Augusti 1619.

CONCIONATOR.

1 Ne fiat concio coram Sanctissimo Sacramento in altari expolito capite recto, 16. Februarii 1630.

CONFRATERNITAS.

1 Titulus antiquus Ecclesiæ mutari non potest à confraternitate, 26. Octobris 1604.

CONSECRATIO.

1 Non sunt consecranda ea Altaria, sub quibus recondita sunt Defunctorum cadavera, 16. Novembris 1599.

DIGNITAS.

1 Dignitates, quæ habent præbendas cum onere cantandi Evangelium, seu Epistolam, non tenentur ministrare inferioribus, 10. Januarii 1604.

2 Dignitates tenentur associare Episcopum cum Canonicis ex debito, licet Cæremionale Episcoporum nominet tantum Canonicos, ubi non adit contraria consuetudo, 16. Januarii 1609.

3 Prima Dignitas debet assilere Episcopo celebranti, licet sit unica, 12. Decembris 1620.

DISPENSATIO.

1 Moniales ipsæ tenentur legere, vel cantare. cantu firmo divinum Officium, non verò earum Capellani, 11. Maji 1635.

ECCLESIA.

1 Ecclesia parochialis in Diocesi venit sub Nomine Matricis, antequam idcirco neque Regulares, neque Confratres possunt Campanas pulsare in Sabbato Sancto, 9. Februarii 1608.

2 Etiam Collegiata habeat omnimodam præ-

cedentiam supra Matricem, non tamen potest prius pulsare Campanas in Sabbato Sancto, 23. Februarii 1619.

3 Simplex reconciliatio Ecclesiæ, seu cœmeterii non consecrati potest committi presbytero in dignitate constituto, 9. Februarii 1608. Immo, & simplici Sacerdote juxta Rituale Romanum.

4 Collegiata insignis ab ejus erectione præcedit alias Collegiatas antiquiores, 24. Martii 1612.

5 Solus Episcopus potest habere fenestras in Ecclesia, per quas in eam prospectus haberi possit, 19. Januarii 1614.

EPISCOPUS.

1 Episcopus non debet in Ecclesia salutare Canonicos aperiendo caput, sed benedicendo manu, 10. Julii 1603.

2 Si Episcopus interesse voluerit horis Canonicis, statueret debet certam adventus sui horam, qua clapsa poterit inchoari officium, 16. Januarii 1605.

3 Diaconus, & Subdiaconus accipiunt pacem ab Episcopo celebrante, statim post Diaconos assilentes, 15. Martii 1608.

4 Potest Episcopus prohibere, ne Campanæ nondum benedictæ pulsentur, 15. Julii 1614.

5 Potest Episcopus cogere Canonicos ad discendum Cantum Gregorianum, etiam per subtractionem fructuum, 6. Maji 1620.

EUCCHARISTIA.

1 In expositione, aut repositione Sanctissimi Sacramenti ad Panem de Cælo semper additur Alleluja, præterquam à Septuagesima usque ad Sabbatum Sanctum, 23. Februarii 1666.

2 Tabernaculum Sanctissimi Sacramenti in Cathedralibus non debet esse in Altari Majori propter functiones Pontificales, quæ fiunt versus renibus ad Altare, 28. Novembris 1584.

3 Ante ostium Tabernaculi Sanctissimæ Eucharistiæ, in quo depicta vel insculpta est imago Salvatoris, non est retinendum vas florum, vel quid simile, sed collocandum in humiliori, vel decentiori loco, 22. Januarii 1701.

4 Omnes de Clero etiam Canonici, Eucharistiam fumant de manu celebrantis in feria quinta in Cœna Domini, 17. Septembris 1608.

5 Sacerdotes in die Cœnæ Dominicæ Sanctissimum Christi Corpus sumptori, possunt deferre stollam, vel ante pectus ad formam (crucis, vel à collo pendentem, 30. Septembris 1679.

6 In Feria sexta in Parasceve non est administranda Eucharistia nisi Infirmis, 19. Februarii 1622.

7 Pyxis in qua asservata fuit Eucharistia, non potest vendi, vel pignorari, 27. Augusti 1632.

8 Non licet in media nocte Nativitatis Domini-

Co alio
Decretum
construendum
est potestatem
Episcopi anno
1605.

nicæ celebrare successivè duas alias Missas, & in eis Sacram Communionem exhibere fidelibus illam deprecantibus, sed utrumque omnino prohibitum, 7. Decembris 1641.

9 In paramenis nigris non est administranda Eucharistia, 22. Januarii 1701.

FESTUM.

1 Consecrator Ecclesiæ potest in actu consecrationis statuere aliam diem pro anniversario ejusdem consecrationis, 19. Februarii 1585, ante institutam Congregationem factorum rituum.

2 Dedicatio festum extra actum consecrationis non potest amplius mutari ab Episcopo inconsulta Sede Apostolica, 16. Octobris 1604.

3 Si Ecclesiæ dedicatio occurrat in festo Nativitatis B. Virginis Mariæ, fiat de ea: Missæ duæ cantentur, & infra Octavam fiat de digniori, 16. Octobris 1604.

4 Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis celebranda quidem est in Diocesi sub ritu duplici primæ classis, sed sine Octava, 2. Maji 1619.

5 Regulares tenentur celebrare quidem festum de dedicatione Ecclesiæ Cathedralis, sed sub ritu duplici secundæ classis sine Octava, 8. Aprilis 1662.

6 Regulares tenentur celebrare sub ritu duplici primæ classis omni octava festum de dedicatione, & de titulari Ecclesiæ illius Conventus in quo morantur, 3. Junii 1681.

7 Eucharistia in festo Corporis Christi non est deferenda per vias Hebræorum, 22. Februarii 1593.

8 In festo Sanctissimi Corporis Christi non sunt canendæ cantiones vulgari sermone, 21. Martii 1609.

9 In festo Corporis Christi non est deferenda in processione Ecclesiastica Sacerdotum humeris, sed celebrantibus manibus, 2. Junii 1618.

10 In festo Corporis Christi deferatur Eucharistia à celebrante, & in Vesperis diei Octavæ, si fiat processio deferatur ab eo, qui cantavit Vesperas, modò saltem sit Canonicus, in Collegiatis, 12. Junii 1627.

11 Occurrente festo Sancti Josephi in feria quinta in Cœna Domini antiquus mos communis Cleri in Missa solemnè ejusdem diei summa religione hæctenus repletus nullatenus omitatur ob aliquarum celebrationum Missarum, 13. Sept. 1692.

12 Si festum Sancti Josephi venerit in feria quinta in Cœna Domini non solum servandum est præceptum vacandi ab operibus servilibus, sed etiam præceptum audiendi Missam, ideoque per Ordinarios locorum accuratè providendum, ut eo die aliquæ Missæ privatæ ante celebrationem solitæ Missæ Conventualis non desint, 13. Septembris 1692. Idem dicendum si festum Annunciationis occurrerit in prædicta feria quinta.

13 In Officio de festo Conceptionis B. Mariæ

Virginis, non aliud nomen adhibeatur, quàm Conceptionis, 24. Maji 1622.

14 Festa ad libitum, occurrentia in diebus Dominicis, Octavis, & Nataliis Sanctorum alicujus Diocesis, vel Religionis sunt omittenda, 24. Januarii 1682.

15 Festum de Patrono principaliori loci est præceptivum cum obligationi audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus, 13. Septembris 1642.

16 Personæ tantum vocantes tenentur servare festa veluti de præcepto, quæ inducta sunt ex voto, 8. Aprilis 1643.

17 Si simul sint transferenda festa Sancti Marci Evangelistæ, & Sanctorum Apostolorum Philippi, & Jacobi, prius reponatur festum Sancti Marci, deinde festum Apostolorum, 18. Septembris 1666.

18 Festum duplex occurrens ante Octavam non privilegiatam, non est transferendum post Octavam, sed infra eandem celebrandum, prima die non impedita, 30. Septembris 1679.

19 In repositione duorum, vel plurium festorum ritum habentium eundem, & die occurrentium diversa, attendatur prioritas translationis nisi attendenda sit major dignitas, 13. Junii 1682.

20 Si plura sint transferenda festa, quæ eadem die occurrunt, & quibus non convenit ratio majoris dignitatis, attendatur in eorum repositione major apparatus, vel populi concursus, ex quo vocatur etiam major solemnitas, supposito tamen quod sint ejusdem ritus, 20. Julii 1666.

21 Non est transferendum in diem immediatè sequentem festum illud, ante cujus translationem habentur reponenda alia Officia prius translata ejusdem ritus non obstante decreto edito sub die 30. Septembris 1679, quoad verò festum semiduplex in Dominica infra Octavam occurrens omnino servanda est Rubrica Generalis Breviarii de Translatione Festorum num. 5, Decretum hoc est, 22. Decembris 1696.

22 Si occurrerint vel fuerint transferenda duo festa ejusdem ritus, quæ unica die occurrerant, quorum unum sit universale, & alterum particulare alicujus Diocesis, vel Religionis, prius fiat de universali, deinde de particulari, nisi obliet ratio majoris dignitatis, 27. Septembris 1698.

23 Si festum Annunciationis Beatæ Virginis Mariæ occurrerit in feria sexta in Parasceve, vel in Sabbato Sancto, transferatur ejus Officium una cum præcepto audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus ad feriam secundam post Dominicam in Albis, protrahat ad aliam diem festo in ea occurrente, nisi fuerit duplex primæ classis, 11. Martii 1690. Notandum 1. quod si alicubi in prædicta feria sexta occurreret duplex primæ classis, ibidemque Annunciatio celebraretur sub eod. m. ritu, adhuc duplex illud esset transferendum, & celebranda Annunciatio. Notandum, 2. Quod licet Annunciatio sit secundæ classis, si tamen haberetur re-

reponendum Officium primæ classis, nihilominus in prædicto casu esset agendum de Annunciatione. Norandum, 3. Quod protrahat ulterius Annunciatione ob festum altioris ritus in ea occurrens, non ideo protrahenda obligatio audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus.

24 Si simul transferenda sint festa Sancti Josephi, & Annunciationis, prius reponatur Annunciatio, deinde Sanctus Joseph, non obstante decreto edito in contrarium sub die 12. Junii 1682. Decretum est, 14. Junii 1692.

25 Translato festo, in cuius die conceditur indulgentia, non transferatur etiam indulgentia, nisi ex concessione speciali, 10. Junii 1690.

26 Festum Translationis, Ordinationis, Apparitionis, vel Inventionis, quod alicubi celebratur ratione corporis, vel insignis Reliquiæ, celebrandum est sub ritu semiduplici, nisi sit festum unicum vel principale, & supposita concessione, si bis celebraretur, 6. Decembris 1698.

27 Festa duplicia, & semiduplicia translata præferenda sunt Officio S. Benedicti semel in hebdomada concessio, 8. Februarii 1699.

28 Festum semiduplex occurrens in festo duplici infra Octavam non privilegiatam, non est transferendum post illam, quando dies immediatè sequens alio festo duplici, vel semiduplici impedita non fuerit, sed faciendum tunc est officium die immediatè sequenti, 30. Septembris 1679.

HORÆ CANONICÆ.

1 Infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi, non est agendum de officii translatione ritu duplici primæ classis non decoratis, ideoque si festum Sancti Antonii Patavini, quod apud Franciscanos celebratur sub ritu duplici secundæ classis incidit in prædictum festum de Sanctissimo Corpore Christi, transferatur per Octavam, 12. Junii 1664.

2 Recitantes ex legitima concessione Officium de Sanctissimo Corpore Christi in feria quinta per annum non impedita, illud recitare debent, ut præscribitur in die ejusdem solemnitatis, omisso *Alleluja*: Missam verò celebrare de communi seu votivam, 12. Junii 1664.

3 In Officio de die infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi non legitur nona lectio de festo simplici. Quod si festum illud simplex occurrerit eo die, quo fit de festo duplici infra eandem octavam, tunc non omittitur, sed legitur nona lectio de eodem simplici, dummodo festum illud non sit duplex primæ classis, 8. Julii 1669.

4 Occurrentibus eodem die duobus festis duplicibus infra octavam Sanctissimi Corporis Christi, non est de translato agendum die immediatè sequenti non impedita, sed post Octavam, nisi fuerit ex solemnioribus primæ classis, 7. Decembris 1680.

5 Matutinum Defunctorum pro generali eorum commemoratione recitandum est mane die secunda Novembris, non verò pridie Vesperis, 7. Septembris 1607.

6 Moniales, quæ Breviario Romano utri consecraverunt, non sunt compellende ad recipiendum Monasticum, 6. Maji 1622.

7 Moniales ipsæ tenentur legere, vel cantare cantu firmo divinum Officium, non vero carum Capellani, 11. Maji 1635.

8 Qui sunt de gremio alicujus Ecclesiæ debent recitare Officium, quod in Choro dicitur, & licet extra Ecclesiam, vel Diocesim morentur, decet eos recitare Officium proprium Ecclesiæ ipsorum, 8. Septembris 1602.

9 Clerici licet adscripti alicui Ecclesiæ, & ejusdem servitio, non tamen obligati Choro, & quicumque alii Clerici sæculares, Regularive in Civitate vel Diocesi commorantes, non tenentur recitare Officia propria Sanctorum illius Diocesis, vel quæ de consuetudine in eadem Ecclesia recitantur in Choro, 8. Septembris 1602.

10 Episcopus Regularis debet Officium recitare, juxta ritum suæ Diocesis, non verò regulæ, non occurrente festo Regulæ in festo Diocesis hoc erit præferendum, 11. Junii 1605.

11 Capellanus Episcopi, qui cum eo recitat Officium, debet se illi conformare, 11. Junii 1605.

12 Vesperæ Defunctorum pro prima die mensis possunt dici post Vesperas Dominicæ, vel festi, 22. Maji 1603.

13 Non est relinquendum Officium debitum, pro Officio devotionis 29. Novembris 1603.

14 Non potest Episcopus extendere ad suam Diocesim Officium illud, quod fieri solet in Civitate, 16. Januarii 1607.

15 Si in communibus Sanctorum Suffragiis facienda sit commemoratio de Cruce tanquam de titulo Ecclesiæ, sufficit ea ordinaria, quæ habetur in Platerio; quomodo scilicet Officium curat feriale, 30. Martii 1621.

16 Rubricæ de Ave Regina Cælorum, additum est *ly inchoatè*, ideoque in fine Completorii diei secundæ Februarii omnia Antiphona finali *Alma Redemptoris*, dicenda est Ave Regina Cælorum, 27. Julii 1624.

17 Licet transferatur festum Purificationis Beatæ Virginis Mariæ, atamen Ave Regina Cælorum, dicenda est die secunda Februarii post Completorium, etiam in Ecclesia propria, 11. Januarii 1681.

18 Regulares Ordinis Minimorum dum nominant in Orationibus, versiculis, ceterisque actibus inter divina Officia occurrentibus Sanctum Franciscum prædicti Ordinis fundatorem, non debent adjungere *ly de Paula*, 23. Decembris 1624. Unde apparet quid in similibus sit faciendum.

19 Imagines illorum, qui cum Sanctitatis, seu

Martyrii fama decesserunt, non approbandæ in Oratoriis, vel Ecclesiis tam secularibus quam regularibus antequam declarentur Beati, neque ad eorum sepulchra accendendæ sunt lampades, aut tabellæ asigendæ sine licentia Sedis Apostolicæ, 23. *Martii* 1525.

20 In illa Ecclesia ubi adest Capella, vel Altare Sanctissimi Rosarii, potest celebrari Officium de eodem Sanctissimo Rosario sub ritu duplici in Dominica, quæ vel occurrit in Kalendis, vel prima est post Kalendas Octobris, 23. *Septembris* 1608.

21 Non possunt laicorum Ordinarii tam seculares quam regulares addere Calendariis etiam propriis Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat, quæ Breviarii Romani Rubricis, vel Sacrorum Rituum Congregationis, seu Sedis Apostolicæ licentia coadceduntur, 8. *Aprilis* 1628.

22 Non est celebranda per totam Civitatem vel Diocesim Missa, nec recitandum Officium de Sancto, eo quod in loco adest Ecclesia Parochialis, vel Regularis, vel etiam Abbatialis, aut aliqua insignis Reliquia, sed tantum in propria Ecclesia, nisi habeatur specialis licentia, 8. *Aprilis* 1628.

23 De Titulis Altarium, nisi sint in Calendario Romano, nullam recitetur Officium, 28. *Augusti* 1628.

24 Officia ad libitum occurrentia eo die in quo aliis aliquid festum translatum poni deberet, vel in quo agendum esset Officium concessum semel in hebdomada, vel in mense, possunt celebrari, protracto ulterius ad aliam diem festo translato, vel omisso Officio per hebdomadam, aut per mensem concessio, 25. *Januarii* 1682.

25 Si festum ad libitum non potuerit celebrari, & haberit etiam ritum simplicem de præcepto, eo anno non omittatur, sed celebretur ritu simplici, 13. *Junii* 1682.

26 In occursum non potest transferri Officium proprium alicujus Diocesis, vel Religionis, ut eo die agatur de festo ad libitum, ne omittatur, 2. *Decembris* 1684.

27 Officia ad libitum occurrentia infra octavas non privilegiatas etiam particularis alicujus Diocesis vel Religionis, non sunt celebranda, sed omitenda, 19. *Januarii* 1693.

28 Hebdomadarius in cantandis Horis Canonici non debet uti stola, 4. *Augusti* 1663.

29 Lectioes primi Nocturni in Officio de festo duplici majori sumendæ sunt (nisi sint propriae) ex ejus communi, non verò ex scriptura occurrente, 12. *Julii* 1664. licet occurrat initium.

30 Dedicatio Apostolorum, & Salvatoris extra Urbem non habet integras Vesperas, si die præcedenti, vel sequenti celebretur Officium duplex minus, 12. *Julii* 1554. Idem dicendum de die Octava Dedications.

31 Dies Octava non privilegiata dimidiat Vesperas in occurrence cum festo duplici minori, 12. *Julii* 1664.

32 Si transferatur festum Sanctæ Lucie in feriam secundam ratione Dominice privilegiatæ, Vesperæ erunt de die Octava Conceptionis cum commemoratione Sanctæ Lucie, 1. *Martii* 1681.

33 Quæcumque dies octava Beate Virginis Mariæ debet habere integras utraq; Vesperas in concurrentia cum festo duplici minori, 11. *Augusti* 1691.

34 Prima, & secunda Vesperæ Angelorum Cullodum dividendæ sunt à Capitulo, si concurrant cum festo duplici minori, 27. *Septembris* 1699.

35 Ubi celebratur Festum Sancti Raphaelis Archangeli, ad octavam benedictionem dicatur, *cujus festum*, non verò *quorum festum*, 13. *Septembris* 1692.

36 Officium particulare alicujus Diocesis, vel Religionis, quod occurrit die vigesima quinta Februarii, est transferendum in anno Bissextili ad primam diem non impeditam, dummodo non sit duplex primæ Classis, 7. *Septembris* 1680.

37 Officium semiduplex, quod occurrit in Dominica infra octavam non privilegiatam, non est celebrandum in feria secunda sequenti, licet non impedita, si habeatur reponendum aliquod festum altioris ritus, 1. *Martii* 1681.

38 Ad Responsorium breve Completorii in Dominica Passionis, ne omittatur *Gloria Patri*, si die sequenti fiat de festo semiduplici, 16. *Septembris* 1666.

39 Si occurrit Officium novem lectionum de pluribus Virginibus simul, & Martyrius eo die, quo cadit festum simplex ejusdem qualitatis, servanda est pro commemoratione simplicis Antiphona istarum est enim, 7. *Decembris* 1680.

40 Officia Sanctorum, quæ alicubi supersunt de mense Decembri, transferri possunt in annum sequentem, 7. *Decembris* 1680.

41 Officia concessa semel in hebdomada, non sunt celebranda in Adventu, Quadragesima, quatuor Temporibus, nec in Vigiliis, nisi aliter in concessione exprimat, 1. *Martii* 1681.

42 Ubi festum Sancti Thomæ Episcopi, & Martyris celebratur sub ritu duplici, si occurrerit in eo Dominica, die sequenti fiat Officium de infra Octavam Nativitatis Domini, 1. *Martii* 1681.

43 Quotiescumque in Sabbato ante Dominicam privilegiatam Officium fuerit de septima die infra aliquam Octavam, Psalmi Vesperarum erunt de Psalterio, Capitulo de Dominica sequenti cum sola commemoratione de die octava, 1. *Martii* 1681.

44 Qui habent privilegia celebrandi Octavas in Quadragesima, non ideo debent facere commemorationem in feria quarta Cinerum, 24. *Januarii* 1682.

45 Si in Quadragesima Officium occurrerit infra Octavam, debent prædicti privilegiati dicere Missam Conventualem de feria cum commemo-

ratione Octavæ: Missæ verò private dici possunt de Octava cum commemoratione ferie, ut præscribit Rubrica Missalis *Tit. 3.* de feria, & Vigilia *num. 2.* Decretum est, 24. *Januarii* 1682.

46 Regulares non tenentur recitare Officia de Patronis minus principalibus, nisi sint descripta in Calendario Romano vel in proprio dictorum Religiosorum, 24. *Januarii* 1682.

47 Regulares tenentur quidem celebrare sub ritu duplici primæ classis festum de Patrono principali loci, Regni seu Provinciæ, & de Titulari Ecclesiæ Cathedralis; sed ad eorum Octavas non tenentur, 20. *Martii* 1683.

48 Si festum Sancti Confessoris transferatur in proximè sequentem diem, in Hymno *Iste Confessor* nulla fiat mutatio vericuli, sed dicatur *Meruit Beatus*, dummodo primæ Vesperæ non sint impeditæ, 13. *Januarii* 1683.

49 Translato festo Sancti Confessoris ultra sequentem diem, in Hymno *Iste Confessor* faciendæ est mutatio Vericuli, dicendo *Meruit supremus*, 14. *Januarii* 1692.

50 Officia affixa diebus Dominicis, ut de Sanctissimo Rosario, & de Patrocinio Beate Virginis Mariæ, si sint impedita festo altioris ritus, vel dignitatis, sunt omitenda, 20. *Martii* 1683.

51 Officium Nominis Beate Virginis Mariæ occurrens in festo Exaltationis Sanctæ Crucis, vel in alio altioris ritus, vel dignitatis, transferatur, non verò omittatur, 20. *Julii* 1686. Si concedatur pro aliquo festo ritus duplicis, sine expressione majoris, vel minoris, concessio intelligatur de duplici minori, etiam ad honorem Desperæ facta fuerit, 20. *Novembris* 1683.

52 In festo Nominis Beate Virginis Mariæ non est faciendæ Commemoratio de ejusdem Nativitate, & in secundis Vesperis de Nativitate cadentibus in Sabbato non est faciendæ commemoratio de prædicto Nomine, 20. *Septembris* 1684.

53 Si Officium Nominis Beate Virginis Mariæ venerit in die Octava Nativitatis ejusdem; Officium erit de Nomine, omisa in utriusque Vesperis, & Laudibus commemoratione de prædicto die Octavo Nativitatis, 15. *Septembris* 1685.

54 Potest fieri commemoratio de Sanctissimo Sacramento, si expositum sit etiam in Missa de festo duplici, quod non sit primæ, vel secundæ classis, 2. *Decembris* 1684.

55 Qui in Sabbato recitat Officium de Beata Maria, si celebret votivum de aliquo Sancto, non debet dicere *Gloria*, neque Praefationem Beate Mariæ, 2. *Decembris* 1664.

56 Si primæ Vesperæ de Sancta Martina impeditæ fuerint festo duplici, vel Dominica, Hymnus proprius Vesperarum uniat. Hymno Matutini, & ex duobus fiat unus, sub unica conclusione, *A nobis abigas*, 26. *Aprilis* 1692.

57 Ubi die decima octava Decembris celebra-

tur Officium de Expectatione Beate Virginis Mariæ, omitenda sunt ad Laudes Antiphonæ illæ, quæ occurrunt in illa feria in proprio de Tempore, 12. *Maji* 1692.

58 Si prædictum festum Expectationis venerit in feria quarta Quatuor Temporum, nec erit dicenda nona lectio in Officio, nec legendum ejus Evangelium in fine Missæ, sed illud Sancti Joannis; ideoque de feria sola fiat commemoratio in Officio, & in Missa, 12. *Martii* 1692.

59 A die decima septima Decembris inclusive usque ad Vigiliam Nativitatis exclusive, fieri potest quodcumque Officium novem Lectionum five occurrentis, five etiam translatum, 17. *Maji* 1692.

60 Si festum de septem Doloribus Beate Virginis Mariæ, quod multis in locis celebratur feria sexta post Dominicam Passionis, impediatur ab Officio majoris ritus, vel dignitatis, transferatur in Sabbatum sequens non impeditum, & non ulterius, 16. *Februarii* 1693.

JEJUNIUM.

1 Si festum Sanctissimi Corporis Christi incidit in Vigiliam Sancti Joannis Baptiste, jejunium celebretur in feria quarta proximè præcedenti: de Vigilia verò nihil eo anno fiat, 24. *Septembris* 1638.

2 Si Vigilia Sancti Mathie occurrerit ultima die Bacchanalium, observetur eadem die jejunium, non verò anticipetur, 23. *Januarii* 1694.

IMAGO.

1 In Choro teneri non debent aliæ Imagines, quam Sanctorum, 7. *Augusti* 1609.

2 Imagines illorum, qui cum Sanctitatis, seu Martyrii fama decesserunt, non sunt apponendæ in Oratoriis, vel Ecclesiis tam secularibus, quam regularibus antequam declarentur Beati, neque ad eorum sepulchra accendendæ sunt lampades, aut tabellæ asigendæ sine licentia Sedis Apostolicæ, 13. *Martii* 1625.

3 Non ideo præjudicandum erit in aliquo illis, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut Patrum, vel eorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ vel Ordinarii coluntur, 13. *Martii* 1625.

4 Non solum Crucis, & Imagines Salvatoris, sed etiam Icones Altarium, & omnes aliæ Imagines Sanctorum tegendæ sunt in primis Vesperis de Dominica Passionis, 4. *Augusti* 1663.

INDULGENTIA.

1 Clausula postea in Brevibus Indulgentiarum scilicet: *Volamus atrox*, ut si

alias Christi fidelibus dictam Ecclesiam visitantibus, aliqua alia indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, presentes littere nullae sint, non comprehendit Altaria privilegiata pro Defunctis, 23. Julii 1676.

LICENTIA.

1 Facultas concedendi usum pileoli in Missa spectat ad Papam, 24. Aprilis 1626.

LITANIÆ.

1 Si Litanie Majores occurrerint in die Sancto Paschatis, transferantur in feriam tertiam sequentem, 25. Septembris 1627.

MISSA.

1 Infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi non sunt dicende Missæ votivæ privatæ, aut de Requiem, 2. Julii 1670.

2 Si sub Altari, vel sub ejus gradibus humana sint Defunctorum cadavera, non est ibi celebranda Missa, donec aliò transferantur, 10. Novemb. 1599.

3 Sacerdoti Missam novam celebranti licet oblationes accipere, modò non discedat ab Altari, 1. Octobris 1601.

4 Absilentia, quæ fit ad Missam, & Vesperas fiat cum pluviali, 3. Augusti 1602.

5 Qui assistit in Choro Missæ Conventuali non potest portare pileolum per totum Canonem: in aliis verò divinis Officiis uti potest, 1. Novembris 1602.

6 Missa Conventualis canenda est quotidie in Collegiatis, quarum Clerus est numerosus, & redditus non tenues, 14. Januarii 1603.

6 Tenentur omninò Canonici ad cantandam Missam de die ut lucentur distributiones, 28. Januarii 1611.

8 Sub nomine festi novem Lectionum, venit etiam Dominica, ideoque non est feria prima, & si in ea occurrerit festum duplex in Cathedralibus, & Collegiatis canendæ sunt duæ Missæ, 12. Martii 1618.

9 Non potest omitti altera ex duabus Missis cantandis ob celebrationem Capituli Canonicorum, 16. Maji 1628.

10 Ob Missam votivam, seu pro Defunctis non est omittenda Missa Conventualis, neque potest introduci consuetudo in contrarium ritum, salva semper Rubrica de votivis assignatis singulis diebus in fine Missalis, 16. Januarii 1627.

11 Potest Episcopus cogere Canonicos, ut à Capellanis in Quadragesima cantari faciant cum Diacono, & Subdiacono, 17. Julii 1627.

12 Abrogatur omnis consuetudo non cantandi Missam de die ultra Votivam, seu pro defunctis, 28. Augusti 1628.

13 Si infra hebdomadam Passionis occurrerint dies infra Octavam apud privilegiatos, tam in Missa conventuali de feria, quam in privatis de Octava, vel etiam de eadem feria, omittenda est tertia Oratio Ecclesie, vel pro Papa, 22. Novembris 1659.

14 Licet in illis Ecclesiis, in quibus adest inveterata consuetudo cantandi Missam votivam de Beata Maria singulis diebus Sabbati possit hic pie usus, seu populorum devotio continuari, etiam in Sabbatis festo duplici impeditis, non est tamen omittenda Missa Conventualis, 2. Decembris 1684.

15 Sacerdos, qui celebrat Missam Conventualem, in qua Chorus tenetur cantare symbolum, non potest illam prosequi eo tempore, quo à Choro cantatur symbolum prædictum, 17. Decemb. 1695.

16 Non est faciendi Altaris thurificatio in Missa Conventuali dierum solemnium, si abique cantu, & ministris celebretur, 22. Januarii 1701.

17 Septimum Candelabrum adhibeatur in Missis tantum Episcopi solemnibus, sed non Defunctorum, 19. Maji 1607.

18 Anniversaria, & Missæ de Requiem, quæ certo die dici debent, eo impedito, transferri possunt in sequentem, 19. Maji 1614.

19 In festo duplici non dicendæ Missæ votivæ privatæ autem de Requiem, 5. Augusti 1662. quod intelligendum est etiam de festo duplici translato.

20 Non transferendæ Missæ privatæ de Requiem, quæ ex Defunctorum præscripto celebrandæ incident in festum duplex, sed dicendæ sunt de festo corrente cum applicatione sacrificii juxta mentem Benefactorum, 5. Augusti 1662.

21 Anniversaria, & Missæ de Requiem, quæ ex dispositione testatorum cum cantu sunt quotannis celebrandæ, possunt tamen cantari, etiam si ipsorum obitus dies incidit in festum duplex majus, 22. Novembris 1664.

22 Missæ de festo duplici celebratæ in Altari animabus perpetuo privilegiato, & in quo proinde quotidie etiam in duplicibus celebrandæ essent Missæ de Requiem ex obligatione, suffragantur, ac si celebratæ fuissent pro defunctis juxta formam privilegiatorum, 22. Januarii 1667.

23 Sacerdotes sive Capellani sint, sive non, qui recitant Officium semiduplex, simplex, vel feriale, si celebrent in aliqua Ecclesia Regularium, in qua fit de festo duplici, non debent dicere Missam de Requiem, 9. Junii 1668.

24 Decretum extenditur etiam ad Altaria non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longum tempus, ac non omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus privilegiata, ac proinde Missæ de festo duplici, quæ sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrabuntur, suffragantur ac si celebratæ fuissent pro defunctis, 23. Septembris 1669.

25 Cum primum habita fuerit noticia de obitu ali-

alicujus personæ; cantari poterit Missa de Requiem, etiam in festo duplici, quod non fit de præcepto, nam in hoc casu prædicta Missa erit differenda, 4. Maji 1686.

26 Hæc decreta licet comprehendant tantum Festa duplicia, intelligenda tamen sunt etiam de Dominicis, de diebus infra Octavam Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, & Corporis Christi, & de omnibus aliis diebus, quibus juxta Rubricas non possunt celebrari Missæ Defunctorum, 3. Aprilis 1668.

27 In Vigilia Epiphaniæ omninò prohibentur Missæ votivæ privatæ, & de Requiem, 27. Aprilis 1697.

28 Licet Episcopus non celebret, sed tantum assistat Missæ solemnii, celebrans debet ad Confessionem respondere Episcopo, usque ad Indulgentiam inclusivè, non verò simul cum illo dicere *In Nomine Patris*, 4. Augusti 1663.

29 Missæ ad satisfaciendum elemosynis alicui Ecclesiæ traditis, non sunt celebrandæ per ceteros, ubi commodè possunt satisfieri per Sacerdotes ejusdem Ecclesiæ, 28. Januarii 1606.

30 Gloria in Excelsis cum Credo omittitur in votivis pro re gravi, si violacæ adhibeantur paramenta, 19. Maji 1707.

31 Res gravis pro licita Votivæ solemnii de cantatione cum Gloria, & Credo, ea est pro qua convenit totus Clerus cum Episcopo, vel Regularibus in eorum comitiis Generalibus seu Provincialibus, cum cantatur Missa pro re eorundem judicio gravi, 19. Maji 1607.

32 Cereus Paschalis regulariter accendendus est ad Missas, & Vesperas solemnnes in triduo Paschatis, in Sabbato in Albis, & in Dominicis usque ad Ascensionem, in aliis servanda est locorum consuetudo, 19. Maji 1607.

33 Commentatario, seu ejus Procuratori non defertur liber oculandus in Missa, 17. Sept. 1611.

34 Inferiores Episcopo non debent sumere de Altari paramenta pro Missa, 7. Julii 1612.

35 Non debent Regulares in Canone nominare superiores suos ut Antilites, 12. Novembris 1615.

36 In Oratione *A cunctis* nomina Patronorum, Sancti Michaelis Archangeli, & Sancti Joannis Baptistæ proponenda sunt Apostolis, 22. Augusti 1620.

37 Celebrans in Paraceve mittit Particulam in Calicem: neque se signet cum Calice, 28. Augusti 1627.

38 Celebrans, qui distribuit Cineres, Candelas, & Ramos, detectò capite distribuatur, 18. Julii 1626.

39 In Missa feriæ quartæ Quatuor temporum occurrentis in die Octava Nativitatis Beatæ Virginis Mariæ dicenda est Præfatio communis, non verò de Beata Maria, 12. Decembris 1626.

40 Signum quod fit cum Patena à fronte ad pectus sit integrè cum signo Crucis, 13. Martii 1627.

41 Ad Missam Vicarii Generalis non debent ac-

cendi quatuor Candelæ, nec assistere duo Capellani, 7. Augusti 1727.

42 Infra Octavam Epiphaniæ, Paschatis, & Pentecostes, necnon in feria quarta Cinerum, in hebdomada majore, in Dominicis, & in Vigiliis Nativitatis Domini, & Pentecostes, non possunt dici votivæ Missæ privatæ, neque de Requiem, 28. Augusti 1627.

43 Si Festa Sanctorum Apostolorum Philippii, & Jacobi, ac Inventionis Sanctæ Crucis incurrerint infra Octavam Ascensionis, Præfatio in Missa erit de Apostolis, vel de Cruce, & Communicantes de Ascensione, 28. Augusti 1627. Idem dicendum de aliis festis, ac de Missis votivis propriam habentibus Præfationem, & infra eandem Octavam celebrandis, sicut, & hoc prorsus servandum infra Octavam Epiphaniæ.

44 Oratio imperata à Superiore, veluti *Deus refugium* omittenda est in duplicibus primæ classis, 28. Augusti 1627. Romæ omittitur etiam in festis secundæ classis.

45 In fine Missæ ad quodcumque Altare celebratæ fit Reverentia Crucis ibi gradus capite semper aperto, 28. Augusti 1627.

46 Vicarius, ut Vicarius non potest absente Episcopo Missas cantare solemnnes, Sanctissimum Sacramentum, aut Sacras Reliquias paratus deferre, nec aliis se immiscere functionibus Ecclesiasticis, sed tantum præesse ut omnia suo ordine fiant, 19. Septembris 1627.

47 Missæ de Sanctissimo Rosario, & de Monte Carmelo, Ordinibus Prædicatorum, & Carmelitarum, respectivè, & specialiter concessæ, non sunt ab aliis celebrandæ sine speciali licentia, 18. Aprilis 1628.

48 Missæ de Sanctissimo Rosario potest quidem dici à secularibus, sed ut in festo ad Nives cum Oratione propria, quæ apponi solet in Calce Missalis, 29. Octobris 1678.

49 Qui præ timore, vel balbutie non pronunciat Evangelium Sancti Joannis, quod legitur in fine Missæ, sed ejus loco aliud ibi arbitrari recitat, suspendendus est à Missarum celebratione, quoque illud ricè pronuntiare alicuius, 5. Julii 1631.

50 Ubi non est Aurora physice, pro licita Missarum celebratione attendatur ea moraliter, & politice, quando scilicet ibi terminari solet quies, & inchoari labor, juxta probatam Regionum consuetudinem, 18. Septembris 1644.

51 In Missis votivis de Passione, vel de Cruce, quæ dicuntur infra hebdomadam Passionis, non est omittendus Psalmus *Judica me Deus*, neque *Gloria Patri* ad Introitum, & Lavabo, licet omnia hæc omittantur in Missa de Tempore, 10. Februarii 1647.

52 Non licet in Ecclesiis, in quibus non asseratur SS. Sacramentum, celebratio Missæ in feria quinta in Cena Domini; nec ejusdem Augustissimi Sacramenti observatio in Sepulcro, 24. Junii 1659.

Ma-

53 Manus Sacerdotis *Ad hanc igitur Oblationem* debent ita extendi, ut palma sint aperta pollice dextro super sinistram in modum Crucis supra manus, non verò infra manus, 4. *Augusti* 1663.

54 Passio in Hebdomada majori legenda in Missis privatis in cornu Evangelii, licet in Missa Solenni legatur à Celebrante in cornu Epistolæ, 4. *Augusti* 1663.

55 Cruces, quæ sunt à Sacerdote super Oblata, non sunt faciendæ manu transversa, sed manu recta in transversa parte Crucis, 4. *Augusti* 1663.

56 Pars inferior Hostiæ, non autem superior præcedenda est, quando dicitur: *Pax Domini sit super vobiscum*, 4. *Augusti* 1663.

57 Sacrificia in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum possunt applicari ad libitum, scilicet in genere pro omnibus, tum, in specie pro aliquibus Defunctis, 4. *Augusti* 1663.

58 Non permittitur ad Altare majus celebratio Missæ dum dicuntur in Choro Matutinum, & Horæ, 15. *Septembris* 1664.

59 Ad Octavam Benedictionem in festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli non dicitur *cujus Conversionem colimus*, sed *cujus Festum*, 23. *Februarii* 1666. Patet hinc quid sit faciendum in Officiis Translationis, Apparitionis, Ordinationis, vel Inventionis, aut similibus.

60 Si Festum duplex, de quo agunt Regulares (sub quo nomine etiam veniunt Moniales,) habuerit Missam propriam omnibus, & solis Regularibus concessam, Sacerdotes seculares celebrantes in eadem Ecclesia Regularium, Missam quidem dicant de festo duplici, sed cum Missali Romano ex decret. Sac. Rit. Congregat. 19. *Novembris* 1622. Decretum hoc, 9. *Junii* 1668.

61 Si Moniales non habeant Missale à Romano diversum, Sacerdotes in earum Ecclesiis celebraturi, possunt dicere proprias Missas ipsis Monialibus concessas, 27. *Augusti* 1672.

62 Conceditur omnibus Monialibus Ordinis Cisterciensis, quæ utuntur Breviario Romano, ut adaptare possint juxta ritum prædicti Breviarii Romani plura Officia unâ cum Missis propriis anno proximè præterito sub die 9. *Decembris* toti Ordini Cisterciensis concessa, eaque sic accommodata faciunt typis imprimi, necnon secundum eandem Festivitates valeant celebrari facere Missas per Capellanos Ecclesiis eorundem servitio addictis cum Missali Romano, & juxta illius Rubricas, 33. *Junii* 1703.

63 In Missis votivis privatis non est dicendus Hymnus Angelicus, nisi fuerit Missa Angelorum, in qua quotidie est recitandus, vel Missa de Beata Maria, in una quolibet Sabbato dici debet, 19. *Majj* 1672.

64 Missa assignata Festivitati Conceptionis B. V. M. non est dicenda in Sabbatis, ut votiva, 30. *Septembris* 1679.

65 Sola ratione SS. Sacramenti expositi non est dicendum symbolum in Missis privatis, 2. *Decembris* 1684.

66 Qui celebrat Missam de Beata Maria eo die, quo fit de aliquo festo semiduplici infra octavam ejusdem B. Mariæ, debet dicere Missam de Octava, sed more votivo *Gloria, & sine Credo*, nisi fuerit Sabbatum, quia tunc dicendum erit *Gloria sine Credo*, 2. *Decembris* 1684.

67 Non est omitienda una ex assignatis Orationibus in Missali, velut *A cunctis*, ut ejusdem loco dicatur aliqua oratio imperata ab Episcopo, veluti *Deus refugium*, neque ut recitetur penultimo loco oratio pro Defunctis, 2. *Decembris* 1684.

68 Quando dicitur Oratio *A cunctis*, vel *Ecclesie*, non est dicenda Oratio contra Paganos, vel alia hujusmodi, quia sufficienter una continet quod, & altera, 26. *Aprilis* 1688.

69 Quando dicitur Collecta, vel Missa contra Paganos non potest mutari nomen Paganorum, dicendo Turcarum, Hæreticorum, &c. 29. *Julij* 1689.

70 Si in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum occurrerit Dominica, vel alieubi festum de præcepto diei Dominico æquale, Officium cum Missa Defunctorum transferantur in sequentem diem, etiam festo duplici impeditam, 5. *Octobris* 1688.

71 In Sabbato Sancto omnino prohibentur Missæ privatae, etiam post pulsationem campanarum in quacunque Ecclesia aut Oratorio privato, non obstante contraria consuetudine, 11. *Februarii*, & 11. *Martij* 1690.

72 Evangelium pro solemnè Palmarum benedictione, canendum est in cornu Epistolæ ab illo, qui celebrat, absque Diacono, & Subdiacono, 27. *Aprilis* 1692.

73 Sacerdos in Sacrificio Missæ congruentius utitur cingulo lineo, quam serico, 22. *Januarii* 1701.

74 In Sacrificio Missæ non est adhibenda Palla drappo serico à parte superiori cooperta, 22. *Januarii* 1701.

MONIALES.

1 Moniales, quæ Breviario Romano uti consueverunt, non sunt compellendæ ad recipiendum Monasticum, 6. *Majj* 1622.

2 Moniales completo Officio, possunt recitare aliquem Psalmum, orationem, vel collectam, quia hoc non est officio addere, 12. *Januarii* 1600.

3 Moniales ipsæ tenentur legere, vel cantare cantu firmo divinum officium, non verò earum Capellani, 11. *Majj* 1634.

4 Infra claustram omnino prohiberi debet celebratio Missæ, etiam ad communicandas infirmas, non obstante antiquissima consuetudine, 1. *Decembris* 1612.

OFFICIUM BEATÆ VIRGINIS.

1 Servanda est consuetudo, qua recitatur in Choro Officium parvum Beatæ Virginis Mariæ, in semiduplicibus, & Dominicis, non ob-

obstante Bulla S. Pii Quinti, nam ibi dicitur sine præjudicio Sanctæ consuetudinis, 1. *Septembris* 1607.

2 Ad Invitatoriam, Antiphonas, Responsorias, & Versiculos in officio parvo Beate Virginis Mariæ non additur *Alleluja* Tempore Paschali, 18. *Martij* 1626.

3 In Ecclesiis titularibus Beate Virginis Mariæ faciendæ est in suffragiis commemoratio de eadem Beata Maria, non obstante quod in Choro recitetur ejusdem Officium parvum, 13. *Junij* 1684.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

1 Officium Defunctorum dici potest in Choro separatim ab Officio diei in diebus exceptis à Breviario pro adimplenda testatorum voluntate, 12. *Junij* 1628.

ORATORIUM.

1 In eodem Palatio non conceditur nisi unum Oratorium privatum, 4. *Majj* 1604.

ORGANUM.

1 Organum haberi debet etiam in Ecclesiis Collegiatis, 27. *Julij* 1646.

PROCESSIO.

1 Non convenit quod prima Dignitas celebrantis, & altera Dignitas minor gesserit illud in Processione, 31. *Junij* 1632.

2 In processioibus, quæ sunt cum Sanctissimo Sacramento, qui incedunt ante illud in occurso, & transitu à latere ejusdem, debent facere genuflexionem, dummodo videant prædictum SS. Sacramentum, 1. *Martij* 1681.

3 In festo Sanctissimi Corporis Christi non est faciendæ processio cum Sacramento sine pluviali, 22. *Januarii* 1701.

4 Si consuetudo deferendi processionaliter Sanctissimum Sacramentum feria sexta Parasceves, in sereto nigris velleribus contexto, non potest absque graviori incommodo extirpari, est toleranda, 29. *Martij* 1696.

5 Nomine processioinum generalium comprehenduntur Rogationes, 12. *Martij* 1601.

6 Abusus antiqui in processioibus tollendi sunt cum magna cautela, ne majora scandala sequantur, 13. *Majj* 1603.

7 Si Processio Litaniarum majorum terminetur ad Ecclesiam Sancti Marci, cantetur ibi Missa de Sancto Marco: non verò de Rogationibus, 23. *Majj* 1604.

8 Canonici Ecclesiæ Collegiatae non debent in processioibus incedere parati sicut Canonici Cathedralis, 19. *Majj* 1607.

9 Crux in processioibus deferenda est à Regularibus cum velo pendente seu Pallio, 14. *Januarii* 1617.

10 In Ecclesiis Regularium habentium claustra, sicut processiones intra claustra tantum, si verò non habent claustra, sicut prope muros Ecclesiæ, sive exeundo ab una porta, & intrando per aliam Ecclesiæ portam, sive per eandem, 26. *Februarii* 1628.

11 Extra ambitum Ecclesiæ non licet Regularibus facere processiones, nisi de licentia, & consensu Parochi: salvis privilegiis, & consuetudinibus, si quæ sunt, 26. *Februarii* 1628.

12 Canonici in Processione intra Ecclesiam, incedant capite detecto, & extra eam cum bireto in capite, 30. *Martij* 1633.

13 Nullo modo sunt permittendæ duæ processiones de eodem festo in eodem loco eodem die, 9. *Aprilis* 1663.

14 In Processioibus Candelarum, Palmarum, & similibus, quæ sunt intra Ecclesias, sine Sacramento, non est pulsanda campanula ad elevationem SS. Corporis Christi in Missa privata, quod si pulsetur, & advertatur elevatio, tunc genuflectendum utroque genu à transeuntibus ante Altare, ubi Missa celebratur: & depositio Sanctissimo Sacramento progrediendum. Similiter si aliqui transeant in elevatione Calicis, 1. *Martij* 1681.

15 Regulares obtenta à locorum Ordinariis licentia ore tenus vel in scriptis faciendi solemnes Processiones extra limites Conventuum suæ Religiosis cum statua, aut Reliquia alicujus Sancti, possunt uti pluviali, licet ejus usus non fuerit expressus in licentia obtenta, 21. *Martij* 1699.

16 Usus pluvialis in processioibus solemnibus non est testamentarium, nec signum jurisdictionis uti utente Sacerdote, 21. *Martij* 1699.

QUADRAGESIMA.

1 Cineres distribuendi in feria quarta post ante Dominicam Quadragesimæ debent esse aridi, non vero in modum luti, 23. *Majj* 1603.

REGULARIS.

1 Neque Abbates, neque regularium superiores possunt benedicere paramenta Ecclesiarum non sibi subditarum, 24. *Augusti* 1609.

2 Regularium superiores non veniunt sub nomine Ordinariorum: & consequenter non possunt assignare aliquam ex Dominicis Novembris pro recitatione Officii de Patrocinio Beate Virginis Mariæ, quod multis in locis permittitur celebrandum in aliquo die Dominico illius mensis à locorum Ordinariis eligendo, 22. *Januarii* 1701.

3 Regulares in Celebratione Missæ possunt annun-

nunciare dies festos, & jejunia in suis Ecclesiis, 2. *Julii 1602.*

4. Regulares, qui sunt in possessione præcedentiæ, præcedunt in publicis functionibus, & ubi non constat de possessione, præcedunt ii, qui sunt antiquiores in loco controversiæ, 6. *Octobris 1645.*

RELIQUIÆ.

1. **I**N Tabernaculo ubi aservatur Sanctissimum Sacramentum non sunt retinendæ Reliquiæ, nec vasa Sacrorum oleorum, nec aliud, 22. *Februarii 1593.*

2. Reliquiæ, quibus in Altaris Consecratione utitur Episcopus, debent esse Sanctorum ab Ecclesia approbatorum, 13. *Septembris 1593.*

3. Altare portatile tunc Consecrationem amittit, quando frangitur, vel loco movetur repositorium Reliquiarum, 5. *Martii 1693.*

4. Officium sit duplex minus de illo Sancto, cujus habetur Reliquia insignis, scilicet Caput, brachium, crus, vel ea pars corporis, in qua passus est Martyr, dummodo sit integra, & non parva, modo sit approbata, cujus ratione recitandum est symbolum in Missa, 8. *Aprilis 1628.*

5. Festum, quod in aliqua Ecclesia celebratur ratione Corporis, vel insignis Reliquiæ, non habet Octavam nisi, specialiter concedatur à Sede Apostolica 12. *Augusti 1653.*

6. Qui recitat Officium de Sancto, de quo habet insignem Reliquiam in propria Ecclesia, si celebrat eo die in alia Ecclesia, debet omittere Credo, 2. *Decembris 1684.*

7. De Sancto, cujus habetur Corpus, vel insignis Reliquia non potest fieri Officium, nisi constet de identitate, & nisi reperitur in Martyrologio Romano. Reliquiæ vero à locorum Ordinariis approbate, possunt exponi ad fidelium venerationem, 19. *Octobris 1691.*

8. Quando exponuntur Reliquiæ, ultra lampadem debent continuo ardere in altari duo lumina, alias non exponantur, 22. *Januarii 1701.*

SANCTI.

1. **C**ORPORA Sanctorum nondum canonizatorum non possunt poni sub altari, 16. *Octobris 1604.*

2. De Sancto canonizato non potest fieri Officium extra propriam Ecclesiam sine novo decreto, 9. *Decembris 1628.*

3. Officium cum Missa Beati Rochi in ejus die festo conceditur tantum in Ecclesiis in ejusdem honorem Deo dicatis, nisi aliud permittatur, 26. *Novembris 1629.*

4. Electio de Patrono Civitatis fieri debet per secreta suffragia à populo mediante Concilio generali illius Civitatis, vel loci, non autem ab Officia-

libus solum, & accedere debet consensus Episcopi, & Cleri illius loci, 23. *Martii 1630.*

5. Non possunt eligi in Patronos, nisi illi solum, qui ab Ecclesia universalis sub titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatificati dumtaxat, 23. *Martii 1630.*

6. Idem servandum in Patrono regni, qui pariter eligendus erit per secreta suffragia à Populo singularum Civitatum Provinciarum 13. *Martii 1630.*

7. Repræsentantibus Regnum, Civitatem, Provinciam nulla competat facultas eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, & ulterius interveniat consensus Episcopi, & Cleri dictarum Civitatum, 22. *Martii 1630.*

8. Causæ electionis novorum Patronorum deducenda sunt in Sacri. Congr. & ab eadem examinanda, ac tandem causâ cognita, ab eadem Congregatione approbanda est, & confirmanda, 23. *Martii 1630.*

9. Si in locis Diocesis nullus reperitur electus Patronus, tenetur Diocesis non solum ad festum de Patrono Civitatis, sed etiam ad Octavam, 28. *Septembris 1658.*

10. In Patronorum, five protectorum præcedentia servandus est Ordo Hierarchiæ Ecclesiæ, & inter ordinem Hierarchicum anterioritas in electione, 12. *Martii 1696.*

11. Non sunt inferendi in Litanis alii Sancti, præter ibi descriptos, neque tempore pestis addendi sunt Titulares, & Civitatis Patroni, sine speciali concessione, 22. *Martii 1631.*

THURIFICATIO.

1. **A**rchidiaconus sustinens baculum Episcopi thurificandus est post Diaconos assistentes, ubi non adfit contraria consuetudo, 28. *Aprilis 1607.*

2. Assistens presbyter debet Episcopum thurificare ad Sedem quicumque ille sit, non vero Diaconus Evangelii, 19. *Maii 1607.*

3. Absente Episcopo, thurificandus est celebrans triplici ductu, 30. *Januarii 1616.*

4. Finito Evangelio Missæ solemniss, cui assistit Episcopus cum cappa, thurificandus est, & celebrans, non vero Episcopus, 4. *Augusti 1663.*

5. Non est faciendâ Altaris thurificatio in Missa Conventuali dierum solemnium, si absque cantu, & ministris celebratur, 22. *Januarii 1701.*

6. Assistentes Episcopo, licet minus digni, præferuntur omnibus aliis, & ante Dignitates thurificantur, 23. *Maii 1603.*

7. In Ecclesia Collegiata exempta, præsentem uno Canonico cum Episcopo, & Abbate Collegiata ejusdem cum suis Canonicis, prius incensetur Canonicus, deinde Abbas, 7. *Februarii 1604.*

8. In personarum incensatione tota thurificatio faciendâ est cum unico thuribulo, si talis sit consuetudo, 21. *Julii 1619.*

VI-

VICARIUS.

1. **V**icarius Episcopi Missam cantanti solemnem non ministrat Canonici, neque fit Circulus ante ipsum, 8. *Martii 1585.*

2. Episcopo absente, non potest Vicarius Missas celebrare Conventuales, nec Pontificales, 16. *Maii 1600.*

3. Absente Episcopo, spectat etiam ad Vicarium Generalem edicere, & dirigere processiones cum consilio Capituli, 24. *Augusti 1619.*

APPENDIX

Variarum Propositionum ab aliquibus Summis Pontificibus damnatarum.

CAPUT PRIMUM.

CAPUT III.

Referuntur Propositiones damnatæ Anno 411. & item Anno 416.

Referuntur Propositiones anno 1276. à Joanne XXII. contra Doctrinas D. Jo: de Polhuo Doctoris Parisiensis, damnatæ in extravaganti Camp inter nonnullos de verb. Signifi. & item alia propositio ab eodem damnata in Concilio Lugdunensi.

5. Innocentius Papa hujus nominis primus damnavit hæc Pelagii, ac Celestii propositiones, respondens Concilio Carthaginiensi & Concilio Milevitano. Sunt ergo Propositiones Doctrina Pelagiana, ut hic jacet damnata annis 411. & 416. Primæ tres spectant ad Concilium Carthaginense, aliæ ad Milevitatum.

1. **N**aturaliter potest implere legem, qui vult, & Deus legem ad adjutorium dedit.

2. Ad perficiendam justitiam, & Dei mandata complenda, sola humana sufficere potest natura.

3. Parvuli propter salutem, quæ per Salvatorem Christum datur, baptizandi non sunt.

4. Potest homo in hac vita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem justitiæ, sine adjutorio gratiæ Salvatoris, per solum liberæ voluntatis arbitrium pervenire, ut etiam non sit necessarium dicere, *Dimitte nobis debita nostra.*

5. Illud, ne nos inferas in tentationem, non ita intelligendum, tanquam divinum adjutorium poscere debeamus, ne in peccatum tentati decidamus, quoniam hoc in nostra positum est potestate, & ad hoc implendam sola sufficit hominis voluntas.

6. Non est orandum Deus, ut contra peccati malum, & ad operandam justitiam sit noster adjutor.

7. Non opitulatur parvulis ad consequendam vitam æternam Christianæ gratiæ Sacramentum.

CAPUT II.

Referuntur Propositiones damnatæ anno 1311. in Concilio Trinitatis in Natura, damnata in Concilio Lateranensi 4. anno 1215.

Unitas divinarum Personarum in Natura non est vera, & propria, sed quasi collectiva, & similitudinaria, quemadmodum dicuntur multi Homines unus Populus, & multi Fideles una Ecclesia.

CAPUT IV.

Referuntur Propositiones damnatæ anno 1311. in Concilio Generali Viennensi sub Clemente Pontifice Maximo hujus nominis V. & sunt errores Muliercularum quarundam, quæ Beguine vocabantur, & in illusionibus vite spiritualis miserime jacebant. Referuntur deinde aliæ propositiones in eodem Concilio damnatæ. Porro Propositiones Beguadorum, & Beguinarum sunt istæ.

1. **H**omo in vita præsentis tantum, & talem perfectionis gradum potest acquirere quod reddatur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit. Nam (ut dicitur) si quis semper posset proficere, posset aliquis Christum perfectior inveniri.

Kkkk

Je-